

ARTICVLI FIDEI PRAE- CIPVI.

I.

Ecclēsiae magno consensu apud nos docent, Des-
cretum Nicenae Synodi, de vnitate essentiae diui-
nae, & de tribus personis verū & sine vlla dubitatioe
credendū esse. Videlicet quod sit vna essentia diuina,
quae & appellatur & est Deus, aeternus, incorporeus,
impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate,
creator & conseruator omnium rerum, visibilium &
inuisibilium, & tamen tres sint personae, eiusdem es-
sentiae, & potētia, & coaeternae, Pater, Filius, & Spiritus
sanctus. Et nomine personae vtuntur ea significa-
tione, qua vsi sunt in hac causa Scriptores Ecclesiasti-
ci, vt significet non partem aut qualitatem in alio,
sed quod proprie subsistit.

Damnant omnes haereses, contra hunc articu-
lum exortas, vt Manicheos, qui duo principia pone-
bant, Bonum & Malum, item Valentinianos, Arias-
nos, Eunomianos, Mahometistas & omnes horum
similes. Damnant & Samosatēnos, veteres & Neotes-
ricos, qui cum tantum vnam personam esse contē-
dant, de verbo & de spiritu sancto astute & impie rhe-
toricantur, q̄ non sint personae distinctae, sed quod
verbum significet verbum vocale, & spiritus motum
in rebus creatum.

II.

Item docent quod post lapsum Adae omnes ho-
mines secundum naturam propagati, nascantur cum
peccato, hoc est sine metu Dei, sine fiducia erga De-
um, &

B / um, &